

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Humilitas ah  
cum uariis

Est humilitas quam ueritas nobis parit, et non habet calorem, et est humilitas quam caritas format et inflammat. Hec quidem in affectu, illa in cognitione consistit. In eo qui grauius peccauit, et si amanda, non tamen admiranda humilitas. Sed si quis innocenciam retinet et nichilominus humilitatem iungit, nonne is tibi uidetur geminum anime possidere decorem? Rara auis in terris, aut sanctitatem non perdere, aut humilitatem sanctimonia non excludi; et ideo beata que utramque retinuit.

Bernardus super Cantica sermone XLV.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

Humilitas ah] Humilitas ai P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; nobis parit] parit nobis M; cognitione] cogitatione P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; beata] bene (*cor. infra*) C; cantica] canticum *add. (del. sub lin.)* M